cat Dei contemptum, 22. qu. 162. 4. & ad 4

9 Superbia proprie semper est peccatum, 22. q. 162. 7. o.

10 Secundum se est speciale peccatum ratione specialis objecti, sed est peccatum generale secundum redundantiam duplicem, sc. finis, & contemptus legis, 22. q. 162. 7. o. 5. ad 1. & 8. c.

11 Superbia secundum genus suum est peccatum mortale præter actus ejus imperfectos, idest sine consensu deliberato, 22. q. 162. 5. o.

12 Est gravissimum omnium peccatorum ex parte aversionis, non autem ex parte conversionis, 22. qu. 162. 6. o. & 7. ad 4

13 Est initium omnis peccati ex parte aversionis, concupiscentia vero ex parte conversionis, 12. q. 84. 2. c. ad 3

14 Est initium omnis peccati non actu, sed aptitudine, 22. q. 162. 2. o. & 5. ad 1. & 7. ad 1

15 † Superbia & avaritia in quantum sunt specialia peccata sunt radices omnium peccatorum, 12. q. 84. 1. c. ad 2. & 2. c. & 22. q. 117. 2. ad 1

16 Superbia est primum omnium peccatorum, & principium eorum, 22. q. 162. 7. o.

17 Est regina omnium vitiorum, 12. q. 84. 4. ad 4. & 22. q. 132. 4. c. ad 1. & q. 153. 4. ad 2. & 162. 8. c.

18 Superbia inordinate appetit excellentiam, sed inanis gloria manifestationem ejus; ideo non sunt idem, sed prima causat secundam, 22. q. 1 2. 4. c. & q. 162. 7. ad 4

19 Superbus anhelat ad superabundantiam fortitudinis; ideo vult videri audax, 22. q. 162. 7. ad 5

20 Superbia opponitur magnanimitati secundum excessum, in quantum tendit ad magna inordinate; sed directius opponitur humilitati, in quantum subjectionem aspernatur, 22. q. 162. 1 ad 3. & 5. c.

21 Corrumpit solam humilitatem per directam contrarietatem, cæteras autem virtutes corrumpit per abusum, 1. q. 64. 2. ad 5. fi. & 22. quæst. 22. ad 3

22 Semper contrariatur dilectioni Dei, & aliquando dilectioni proximi, 22. qu. 162. 4. ad 2

23 Est subjective in irascibili, non solum sensitiva, sed etiam in voluntate, 22. q. 162. 3. o.

24 Homo superbivit de scientia & potentia; ideo convicitus est de ignorantia per idololatriam, & de impotentia per transgressionem legis, 12. q. 89. 2. ad 3. & 6. c.

25 Superbia oritur ex virtutibus per accidens tantum, idest occasionaliter, 22. q. 162. 5. ad 3

26 Directe impedit cognitionem practicam, non autem speculativam, nisi indirecte, 22. q. 162. 3. ad 1

27 Extollentia occulorum est signum superbiæ, excludendo reverentiam, & timorem, 22. q. 161. 2. ad 1

28 Deus permittit ruere in luxuriam, ut liberet a superbia, 12. q. 79. 4. c. & q. 87. 1. ad 1. & q 98. 2. ad 3. & 22. qu. 162. 6. ad 3

29 Remedium triplex contra superbiam, scil. consideratio propriæ infirmitatis, magnitudinis Dei, & imperfectionis propriorum bonorum, 22. qu. 162. 6. ad 1

† Superficies est proprium, & per se subjectum colorum, 12. quæst. 56. 1. ad 3. & 3. qu. 74. 2. c.

Superius habet similitudinem cum inferiori, ut sol cum igne, & in Deo est similitudo omnium rerum; & secundum accidens potest esse aliquid simile substantiæ, similitudine, quæ est inter causatum & causam, 1. q. 57. 2. ad 2

1 Superstitio est quædam protestatio infidelitatis, 22. q. 94. 1. ad 1. & q. 97. 4. c. & q. 100. 1. ad 1

2 Est vitium religioni oppositum secundum excessum, 22. qu. 92. 1. o. & q. 94. 1. c. & q. 95. 1. c. & q. 122. 3. c. & q. 138. 2. b.

3 Species ejus sunt quatuor, scil.

sc. cultus Dei inordinatus, idololatria, divinatio, & observatio vana, 22. q. 92. 2. o. & qu. 94. 1. o.

4 Ad superstitionem pertinet omnis idololatria, & omnis acceptio auxilii dæmonum ad aliquid faciendum vel cognoscendum, 22. q. 95. 2. c.

5 Quicquid procedit ex societate dæmonum cum hominibus, superstitiosum est, 22. q. 95. 1. b.

6 Omnis superstitio oritur ex aliquo pacto cum dæmonibus inito, expresso vel tacito; ideo prohibetur primo præcepto, 22. quæ. 121. 2. ad 3. & 3. 4 corp.

Suppositio ponitur aliquando in prædicato tam confusa, quam determinata, 1. quæ. 36. 4. ad 4

1 Suppositum & natura differunt in compositis, 1. quæ. 3. 3. c. & q. 29. 2. ad 3. & 3. q. 16. 5. ad 1.

2 In divinis suppositum dicitur, quasi sub alio positum, non quidem secundum rem, sed secundum modum significandi, quia ibi est res subsistens, 1. q. 39. 1. ad 3

3 In Deo suppositum & natura sunt idem se, & differunt secundum modum significandi, 1. q. 3. 3. o. & 3. q. 2. 2. c.

4 Persona Filii Dei est suppositum naturæ humanæ, 3. q. 16. 1. 2. 3. c.

1 Suspicio vitium importat, quæ quanto plus procedit, est magis vitiosa, 22. quæst. 60. 3. c.

2 Est opinio mali ex levibus signis, 22. q. 60. 3. 4. c.

3 Gradus suspicionis triplex, sc. levis dubitatio, certa æstimatio, & condemnatio judicialis: prima est peccatum veniale, secunda est peccatum mortale, si est de gravi; tertia est peccatum mortale, pertinens ad injustitiam, 22. q. 60. 3. o.

4 Contingit tripliciter, sc. ex propria malitia, ex odio, & ex experientia, 22. qu. 60. 3. 4. c.

Sustinere est difficilius tripliciter, quam aggredi; & importat passionem corporis, & actionem animæ, 22. q. 123. 6. ad 1. item ad 2

1 Susurratio est ad separationem amicitiæ, detractio vero ad denigrationem famæ. Ideo differunt fine, sed conveniunt in materia & forma, scil. in occulta maledictione, 22. qu. 74. 1. o. item quæstione 75. 1. corp.

2 Est gravius peccatum detractione, & contumelia, quia amicitia est melior quolibet alio bono exteriori, 22. qu. 74. 2. o.

1 Suum dicitur alicujus, quod ad ipsum ordinatur, 1. q. 21. 1. ad 3

2 Suum uniuscujusque dicitur, quod ei secundum proportionis æqualitatem debetur, 22. q. 58. 11 c.

Synagoga fiebat in diversis locis ad doctrinam; templum autem tantum in uno loco, ad sacrificium. Et utrique succedit Ecclesia. 12. q. 102. 4. ad 3

1 Synderesis non est potentia, sed est habitus naturalis primorum principiorum moralium, 1. q. 79. 12. o. & 13. c. fi. & ad 3. & 12. qu. 94. 1. ad 2. & 22. q. 47. 6. ad 1. & ad 3

2 Actus synderesis est removere a malo, & inclinare ad bonum, 1. q. 79. 1. c.

Synesis est virtus bene judicativa de agibilibus secundum legem communem. Gnome vero secundum altiora principia, scilicet juris naturalis; ideo est altior, 1. q. 22. 1. ad 1. & 12. q. 57. 6. o. & 22. q. 48. c. fi. & qu. 51. 3. 4. o. & quæ. 53. 2. c.

T

1 TAbernaculum Dei significat Ecclesiam militantem, sed domus vel templum Dei significat Ecclesiam triumphantem, 12. q. 102. 5. ad 2.

2 Ratio tabernaculi in veteri lege & distinctio partium ejus & templi declaratur, 12. q. 102. 4. o.

3 Totus status prioris tabernaculi ordinabatur ad figurandam mortem Christi, 12. qu. 102. 4. ad 5

Tabula secunda post naufragium peccatorum est pœnitentia, & verecundia, 3. q. 84. 6. o.

Tacere dicendum, & loqui tacendum, est peccatum, 12. q. 73. 1. ad 3

1 Tactus est sensus alimenti, gustus autem est discretivus saporum, 22. quæst. 141. 5. ad 1

2 Tactus ut est in aliis membris quam in lingua, distinguitur a gustu, & secundum diversam rationem immutationis, 1. q. 78. 3. ad 3

3 Est unus genere, & est plures specie, secundum plures contrarietates; vel omnes huiusmodi conveniunt in uno genere proximo, sed innominato, 1. q. 78. 3. ad 3

4 Est fundamentum omnis sensus, & est per totum corpus, sicut & organum ejus; & ideo dicitur aliquid sensitivum, 1. q. 76. 5. c. & q. 91. 1. ad 3. & 3. ad 1.

5 Subtilitas tactus sequitur æqualitatem complexionis; ideo quanto quis est melioris tactus, tanto melioris est intellectus, 1. q. 76. 5. c.

6 Organum & medium tactus non possunt denudari suo objecto, sicut in aliis sensibus, quia qualitates tangibiles sunt differentiæ corporis inquantum corpus 1. q. 92. 1. ad 3.

7 Proles in ventre matris, antequam habeat animam rationalem, sentit per tactum, 3. q. 34. 2. ad 3.

8. Tactus duplex, sc. quantitatis, & virtutis, 1. q. 75. ad 3. & q. 105. 2. ad 1

Tantum, adverbium, cum sit exclusivum, potest poni ex parte subjecti & ex parte prædicati, possumus enim dicere, tantum Socrates currit, idest nullus alius currit, & Socrates currit tantum, idest nihil aliud facit, 1. q. 31. 3. ad 2

Tarditas superflua minus opponitur rectitudini consilii, quam præcipitatio, quia oportet consiliari tarde, 22. q. 53. 3. ad 3

1 Temere fieri dicuntur, quæ ratione non reguntur, vel propter impetum voluntatis, vel passionis, vel ex contemptu; & hoc proprie est temeritas, quæ causatur ex superbia; ideo continetur sub præcipitatione, quæ respicit utrumque, sed magis primum, 22. q. 53. 3. ad 2

2 Temeritas sive præcipitatio est defectus consilii, & species imprudentiæ, 22. q. 53. 2. 5. c. fi.

3 Defectus docilitatis, vel memoriæ, vel rationis pertinet ad temeritatem seu præcipitationem, 22 q. 53. 2. c. fi.

1 Temperantia est virtus, & est virtus specialis, si sumatur antonomastice, ut refrænat a maxime allicientibus; sed est virtus generalis communiter, 22. quæstione 141. 1. 2. o. & ad 1. & quæstione 156. 1. corp.

2 Est virtus cardinalis, 12. q. 61. o. & qu. 66. 1. 4. c. & 22. q. 141. 7. o.

3 Temperantia & omnes partes ejus denominantur a defectu, in quo consistit laus earum, sicut fortitudo & omnes partes ejus, & laus earum consistit in excessu, 22. qu. 146. 1. ad 3

4 Laus ejus magis est in vincendo delectationes, quam in persistendo contra impetus earum, 22. q. 138. 2. ad 3

5 Mensuram accipit ex conservatione salutis corporalis, & multo magis ex conservatione salutis spiritualis, 22. q. 141. 6. ad 3.

6. Necessitas hujus vitæ est regula temperantiæ, scil. ut rebus utamur ad necessitatem vitæ præsentis, 12. q. 63. 4. c. & 22. q. 141. 6. o. & q. 142. 1.

7 Modus temperantiæ & omnium partium ejus est in retrahendo a delectationibus corporis, 22. qu. 141. 2. 3. c. & q. 161. 1. 4. c.

8 Partes ejus integrales sunt verecundia, & honestas; partes vero subjectivæ sunt abstinentia, sobrietas, castitas, & pudicitia; partes autem potentiales seu adjunctæ sunt continentia, humilitas, mansuetudo seu clementia, modestia, bo-

bona ordinatio, ornatus, austeritas, parcitas, seu per se sufficientia, & moderatio seu simplicitas, 22. q. 143. 1. & q. 145. 4. o. & qu. 146. 1. ad 3. & qu. 157. 3. o. & q. 160. 1. o. & q. 161. 4. o

9 Verecundia non est pars temperantiæ, quasi intrans essentiam ejus, sed quasi dispositive se habens ad eam, 22. q. 144. 1. ad 4

10 Principalius pertinet ad temperantiam ratione motivi, sc. turpis, & non ratione timoris; secundario vero ad alias virtutes, 22. q. 144. 1. ad 2. & 4. ad 4

11 Studiositas est pars temperantiæ adjuncta, seu potentialis, & comprehenditur sub modestia. 22. q. 160. 2. o

12 Patientia non est pars temperantiæ, quia patientia firmat in bono contra tristitias illatas ab alio, hæc autem circa tristitias tactus refrænando, 22. q. 136. 3. ad 2

13 Objectum temperantiæ est bonum delectabilium in concupiscentiis tactus, secundum modum rationis, vel legis divinæ, 12. q. 63. 4. c

14 Temperantia principaliter est circa concupiscentias, & delectationes; secundario autem circa tristitiam de absentia delectabilium, 12. q. 35. 6. ad 3. & 22. qu. 21. 1. ad 1. & qu. 23. 4. ad 2 & qu. 95. 3. ad 2. & q. 141. 3. o. & q. 147. 2. ad 3

15 Directe modificat passiones concupiscibilis, quæ tendunt in bonum, & consequenter omnes alias, 22. qu. 141. 3. ad 1

16 Munditiam operatur, sed non habet rationem sanctitatis, nisi referatur in Deum, 22. q. 81. 8. ad 2

17 Propria materia temperantiæ sunt passiones circa delectabilia tactus, 1. quæst. 59. 4. ad 3. & 12. qu. 61. 3. cor. & 22. q. 137. 1. c

18 Principaliter est circa delectationes tactus quoad usum, non autem quoad judicium, 22. q. 151. 3. ad 1

19 Proprie est circa maximas delectationes, f. tactus, i. in cibo, potu, & venereis, secundario autem circa delectationes aliorum sensuum, 12. qu. 60. 5. c. & 22. qu. 141. 4. 5. o. & 7. c. & qu. 143. c. & qu. 149. 1. c. & qu. 151. 3. o. & qu. 153. 1. ad 1. & qu. 155. 2. c. & qu. 156. 2. c. & qu. 160. 1. o. & q. 166. 1. c. & 2. c. ad 2

20 Principaliter est circa delectationes tactus, secundo gustus, tertio olfactus, quarto aliorum sensuum, 22. qu. 141. 5. o

21 Temperantia est circa delectationes tactus moderando eas, non autem continentia, sed resistendo eis, 22. qu. 155. 3. ad 1

22 Temperantia est circa concupiscentias naturalium delectationum, non autem liberalitas, quia concupiscentia & delectatio pecuniæ non est naturalis, sed animalis, ideo liberalitas non pertinet ad temperantiam, 22. quæst. 117. 5. ad 2

23 Temperantiæ est refrænate delectationes sensibiles, non autem amicitiæ, idest affabilitatis, sed causare delectationes rationis in convictu, 22. qu. 114. 2. ad 2

24 Integritas, tranquillitas animi, decor, & honestas maxime conveniunt temperantiæ, inter cæteras virtutes, 22. q. 141. 2. ad 1. & ad 2. & ad 3. & 8. ad 1. & qu. 143 c. & qu. 145. 4. o. & q. 152. 5. c. & q. 180. 2. ad 3

25 Temperantia est principalior virtus mansuetudine & humilitate, 22. qu. 141. 7. ad 2. & ad 3

26 Temperantia & fortitudo, ut virtutes humanæ, non sunt in angelis, sed tantum ut operantur moderate, & firmiter, 1. q. 59. 4. ad 3

27 Temperantia est subjective in concupiscibili, 1. q. 59. 4. ad 3. & 12 qu. 61. 2. e. & qu. 66. 1. c. & qu. 85. 3. c. & 22. qu. 58. 5. ad 2. & 9. c

1 Templum vel altare soli Deo dedicatur, licet nominetur in honore sanctorum, 22. q. 85. 2. ad 3

2 Templum vel tabernaculum oportuit fieri, non quidem propter Deum, sed propter homines, ut excitaretur de-

devotio, & cognitio Dei, 12. q.102.4.ad 1

3 Templum fuit ædificatum a Salomone in loco ostenso Abrahæ. Non autem prius, ne gentes appropriarent illud sibi, vel destruerent; & ne quælibet tribus vellet habere locum illum in sorte sua, & propter hoc orirentur inter eos lites & jurgia, 12.q.102.4.ad 2

4 Gentiles cooperati sunt Judæis in constructione templi. Non autem in constructione tabernaculi, quia primum significat statum legis novæ, secundum vero statum veteris legis, 12.q.102.4.ad 2

5 Templum vel tabernaculum erat tantum unum, ad exclusionem idololatriæ, & quia cultus corporalis secundum se non erat Deo acceptus, sicut cultus spiritualis. Ideo multiplicantur ecclesiæ, & altaria nunc, 12.q.102.4.ad 3

6 Sicut in unitate templi vel tabernaculi repræsentabatur unitas Dei vel Ecclesiæ, sic in distinctione eorum repræsentabatur distinctio rerum sub Deo, 12. quæst. 102. 4. ad 3. & ad 4

7 Pars orientalis in templo vel tabernaculo significat mundum corporalem, vel vetus testamentum. Sed pars occidentalis, idest sancta sanctorum, significat substantias spirituales, vel patriam cœlestem, vel statum hunc, 12. qu. 102. 4.ad 4.& ad 5.item ad 6

1 Temporalia mala infliguntur impiis in pœnam, non autem justis, sed in medicinam, 22.q.114.10.ad 3

1 Fides non est de aliquo temporali, ut de objecto, sed ut pertinet ad veritatem æternam, 22.q.4.6.ad 1

1 Tentare est sumere experimentum de aliquo an sciat, vel possit, vel velit. Quod contingit textupliciter, scil. verbis, factis, aperte, occulte, expresse, & interpretative, 1.quæst.114.2 o.& 22.quæ. 97.1.o

2 Tentatio ad provocandum ad culpam semper est peccatum in tentante, non autem semper in tentato, 1. qu.48.5. ad 2

3 Quanto quis majori tentationi succumbit, tanto minus peccat, 12.q.73.5. c. & 6. ad 2. & q.77.6.b.& 22.q.162.6.ad 1

4 Occasio tentationis duplex, scil. ex parte hominis, idest propinquare peccato, & ex parte diaboli, scil. bonum opus. Prima debet vitari, non autem secunda, exemplo Christi, 3. q.41.2.ad 2

5 Tentatio per se non est appetenda, quia non est utilis, nec bona, nisi per accidens, sc. per auxilium gratiæ Dei, sed est mala de se, 3.q.41.2.ad 2

6 Tentare Deum expresse, est petere aliquid ab eo, vel aliquid facere, ut exploret ejus sapientiam, pietatem, vel potestatem. Interpretative vero est sine necessitate, & utilitate committere se Deo in factis vel in petitionibus, 22.q.53.4. ad 1. & quæst.97.1.o. & 2.corp. fin. & ad 3. & 3.quæst. 442. 4. ad 1

7 Tentare Deum semper est peccatum, quia omnis tentatio procedit ex ignorantia, vel ex dubitatione, 1. qu.112.2.c. & 22.q.97.2.o

8 Tentatio Dei, & quælibet alia irreverentia ejus opponitur religioni, & est species irreligiositatis. 22.q.97.2.o

9 Superstitio est gravius peccatum tentatione Dei, quia magis est contra reverentiam Dei, 22.q.97.4.o

10 Adam tentatus fuit a diabolo principaliter, sed a muliere instrumentaliter. Nec fuit pœna, quia sine difficultate poterat resistere, 22.qu.165.1. ad 3.& 2.ad 1

11 Conveniens fuit quod Deus permitteret hominem tentari a dæmone in statu innocentiæ, & juvari faceret ab angelis bonis, 22.q.165.1.o

12 Ordo tentationis ejus fuit conveniens, 22.qu.165.2. o. & 3.q.41.4.c

13 Christus voluit tentari quadruplici ratione, sc. ut nobis daret auxilium, cautelam, exemplum, & fiduciam, 3. q. 41.1.o

14 Modus & ordo tentationis Christi conveniens fuit, 3.q.41.4.o

15 Non omnis tentatio Christi legitur facta in deserto, licet quidam hoc afferant, scil. imaginarie. Alii dicunt Hierusalem dici desertum, 3.q.41. 2. ad 3

16 Christus debuit tentari in deserto, quia diabolus magis tentat solitarios, & tendentes ad meliora, 3.q.41.2.o

17 Voluit tentari post jejunium, quia jejunium est arma contra tentationes, & occasio, & ostendit infirmitatem humanam, sc. famem, 3. q.41.1.o

18 Fuit tentatus in quadraginta diebus jejunii, præter illas tres tentationes, quas habuit post jejunium, 3. qu. 41. 3.ad 2

19 Diabolus tentans ostendit Christo regna, signando digito, non autem oculis Christi aliquid repræsentando, 3. qu: 41.4.ad 7

20 Christus agebat, ut tunc a nemine videretur, licet diabolus portans crederet videri Christum ab omnibus, 3. qu. 41.4.ad 7

1 Tempus non est numerus abstractus, sed est numerus, 1.q.10.6.c

2 Motus est alteratio mobilis secundum diversa ubi, sed tempus est fluxus ipsius nunc, secundum quod alternatur ratione, 1.q.10.4.ad 2

3 Tempus est in primo motu cœli, sicut in subjecto, & primo mensurato, 1.q.10.6.c

4 Accidit tempori esse numerum motus firmamenti, inquantum est primus motus, quia si alius motus esset primus, esset numerus ejus, 1. q.66.4.ad 3

5 Comparatur ad primum motum ut mensura, & ut accidens ad subjectum, ad alios autem motus, ut mensura tantum, 1. q.10.6.c

6 Est unum ab unitate motus primi mobilis, non autem ab unitate materiæ primæ, 1.q. 10.6.c.& 3.q.75.7.ad 1

7 Unitas & pluralitas temporis& instantis accipitur tantum secundum primum motum cœli, qui est principium omnis motus, & quietis, 3. q.75.7.ad 1

8 Tempus duplex, s. numerus prioris & posterioris in motu cœli, mensurans omnem motum continuum habentem ordinem ad motum cœli, & numerus ptioris & posterioris in quocumque, 1.q.85.4.ad 1

9 Continuitas accidit tempori ratione motus. Ideo tempus mensurans motum non continuum, nec habentem ordinem ad motum continuum cœli, non est continuum, 1. qu.53.3.o.& qu.61.2.ad 2. & q. 61.6.ad 4.& qu.85.4.ad 1. & 12. q.113.7.ad 5

10 † Tempus non mensuratur alio tempore, nec fieri ejus; quia totum esse ejus est in fieri. Ideo incipit in principio temporis, ut in principio, non autem ut in mensurante, 1. q.66.4.ad 5

11 Esse corruptibilium non mensuratur æternitate, sed tempore; quia tempus mensurat ea, etiam si actu non mutentur, sicut & quietem, 1. q.10.4.ad 3. & 5.c

12 Tempus est per se mensura motus primi. Ideo non mensurat esse, nisi secundum quod subjacet variationi, ex motu cœli, 1.q.10.4.ad 3. & 12.q.31.2.c

13 Non mensurat, nisi habentia principium & finem sui esse in tempore, quia etiam motus cœli secundum quamlibet circulationem est hujusmodi, 1.q.10.4.c

14 † Scriptura divina creationem rerum in indivisibili factam pronunciat dicens: In principio creavit Deus cœlum & terram. Quod quidem principium Basilius principium temporis exponit, quod oportet esse indivisibile, ut secundum philosoph. probatur, 1.q. 46.3.c

15 Omnes & solæ operationes, quæ expectant in futurum aliquid ad complementum suæ speciei, sunt per se in tempore, 12.q.31.2.o

16 Tempus procreationis car-

carnalis & spiritualis est quinquplex, scil. conceptionis, alitionis, emissionis, lactationis, & ablactationis, 22. qu. 189.1.ad 4.

17 Pars nostra inellectiva secundum se est supra tempus. Sensitiva vero subjacet tempori. Ideo transmutatur secundum cursum ejus, 12.q. 35. 3. ad 1.

18 Intellectioni nostræ adjacet tempus, ratione phantasmatum, quoad secundam operationem intellectus, non autem quoad primam, 1.q. 85.5. ad 2. & 12.q.113.7.ad 1.

19 Verba omnium temporum vere dicuntur de Deo, 1.qu.10.2.ad 4. & q.13.1.ad 1. & q.42.2.ad 4.

20 Quædam nomina significant tempus, verba vero & participia cum tempore, sed adverbia habitudinem temporis, 1.q.13.1.ad 3.

Tenebræ possunt dici tripliciter, s. subjectum lucis, humiditas, & privatio ejus. Primo modo & secundo sunt entia, & creatæ a Deo, non autem tertio modo, 1.q.66.1.c. ad 5. & 2.c.fi. & qu.68.3.c. & q. 69.1.c. & q.74.3.ad 5.

Tenetur ad impossibile nemo, 22.q.79.3. ad 1. & q. 88. 3. ad 2. & q.105.1.ad 3.

Tertia dies creationis, 1.q. 69.1.2.c.princ.

Tergiversari, est ab accusatione omnino desistere inordinate, 22.q.68.3.c.ad 3.

Ternarius numerus est numerus perfectus, 22.q. 70.2.c. & 3.q.53.2.o.

1 Terram non est possibile aliam esse præter istam. Et eadem ratio est de aliis partibus mundi, 1.q.47.3.ad 2.

2 Astrologus demonstrat terram esse rotundam per eclipsim solis, & lunæ; naturalis vero per motum gravium ad centrum, 1.qu.1. 1. ad 2. & 12. q.54.2.ad 2.

3 Per opus ornatus tertiæ diei creationis auferitur duplex informitas terræ, scil. cooperatio per aquas, & defectus plantarum, 1.qu.66.1.o. & qu. 69. 3.c

4 Terra sicut dicitur inanis & vacua, quia deerat ei duplex pulchritudo, sc. una quam habet ex hoc quod est aquis discooperta, alia quam habet ex hoc quod est ornata herbis, & plantis; ita ejus formationem expressit scriptura per hoc quod dicit, Et appareat arida, 1.qu.66.1.c. ad 1. & ad 5. & qu. 67.4.c. & q.68.3.c. & qu. 69.1.c. ad 1. & 2.c. & q.74.3.ad 4.

Tertulliani hæresis, & Valdrianorum, sive Anthropomorphitarum, qui figurant Deum corporalibus lineamentis, 22. q.189.5.c

1 Testamentum proprie est percipiendæ hæreditatis institutio filiis a patre, ideo primo pertinet ad promissiones, secundo ad mandata, quæ se habent sicut via ad consequendam hæreditatem promissam, 3.q. 78. 3. ad 3.

2 Omni tempore fuerunt aliqui pertinentes ad novum testamentum, 12.q.106.3.ad 2.

3 Omnes, quibus data fuit lex gratiæ, pertinent ad testamentum novum, 12.qu.106.1.ad 3. & qu.107.1. ad 2. & ad 3. & 22. quæst.108.2. ad 3. & 3. quæst. 8. 3.ad 3.

1 Testis esse quilibet tenetur ad liberandum, non autem ad condemnandum, nisi requiratur a suo superiori, & juridice, idest in manifestis, & de quibus est infamia, 22.qu.70. 1.o. & 3.ad 3.

2 Ad testimonium requiruntur duo vel tres testes, & sufficiunt, nisi in episcopis, presbyteris, diaconis, & clericis Romanæ Ecclesiæ, propter sanctitatem, dignitatem, & adversarios, 22.q.70.2.o

3 Discordia testium non aufert efficaciam probationis, nisi fit in circumstantiis, quæ variant substantiam facti, 22.q. 70.2.ad 3

4 Testis debet dicere certum pro certo, & dubium pro dubio. Nec peccat mortaliter errans, præmissa diligentia, 22. q.70.4.ad 1

5 Clericus non potest juste cogi, ut sit testis in causa sanguinis, quia non convenit ei cooperari ad occisionem hominis, 22.q.70 1.ad 3

6 Testis repellitur quadrupliciter: scil. Primo propter culpam, ut infideles, infames, & rei publico crimine, qui etiam accusare non possunt. Secundo propter defectum rationis, ut pueri, amentes, & mulieres. Tertio propter affectum; ut inimici, conjunsti, & domestici. Quarto propter conditiones, ut servi, & pauperes, & quibus imperari potest, de quibus probabile est, quod de facili possunt induci ad testimonium ferendum contra veritatem, 22.q.70.3.o

7 Falsum testimonium habet triplicem deformitatem, scil. perjurii, injustitiæ, & mendacii. Ideo est peccatum mortale ex prima & secunda deformitate, non autem ex tertia, 22.q.70 4.o

8 Per prohibitionem falsi testimonii prohibentur omnia peccata locutionis, 22. q. 122.6.ad 2

9 Testes accipiunt, non quasi pretium testimonii, sed quasi stipendium laboris, expensas ab utraque parte, vel ab inducente, 22.q.71.4.ad 3

Tetragrammaton est nomen proprium Dei, impositum ad significandum substantiam Dei, ut est incommunicabilis, 1.q. 13.9.c.fi. & 11.ad 1

Thamar non excusatur a peccato, nec Judas fornicans cum ea, 22.q.154.2.ad 3

Theodosius Augustus misit ad Joannem in Ægypti eremo prophetam famosum & certissimum victoriæ nuncium accepit, 22.q.174.6.ad 3

1 Theologia est doctrina necessaria homini, præter scientias naturaliter inventas ab eo, 1.q.1.o. & 22.q.2.3.4.o

2 Est sapientia, 1.q.1.6.o

3 Est velut quædam impressio divinæ scientiæ, quæ est una, & simplex omnium, 1. q.1.3.ad 2

4 Est scientia nobis divinitus revelata, 1.qu.1.2.ad 2. & 22.q.188.8.c.fi.

5 Est scientia procedens ex principiis per se notis, in scientia superiori, scilicet Dei, & beatorum, 1.q.1.2.o. & 6. ad 1. & ad 2. & 22.q.1.5.ad 2

6 Est una scientia, 1.q.1.3. 4.o

7 Est scientia practica, sed magis & principalius speculativa, 1.q.1.4.o. & 5.c

8 Est scientia argumentativa. Et maxime proprium ejus est, arguere ex auctoritate sacræ quidem scripturæ proprie, & ex necessitate, aliorum vero sanctorum probabiliter, philosophorum autem, quasi extranee, rationibus vero naturalis rationis ad aliquam manifestationem, non autem ad probandam fidem, 1.q.1.8.o

9 Disputat contra negantes, si aliquid de sacra scriptura concedant, solvendo tantum rationes eorum, 1.q.1.8.c

10 † Deus est subjectum theologiæ, 1.q.1.7.o

11 Theologia non tractat de Deo & de creaturis æqualiter, sed de Deo principaliter, de creaturis autem, ut referuntur ad Deum, ut ad principium, vel finem, 1.q.1.3.ad 1. & 7.c

12 Principalius agit de divinis, quam de actibus humanis, de quibus agit, secundum quod per eos homo ordinatur ad perfectam Dei cognitionem, 1.q.1.4.c.fi.

13 Considerat actus humanos tripliciter, sc. primo ut per eos homo ad beatitudinem ordinatur, secundo ut in eis est bonum & malum, melius & pejus, tertio ut sunt meritorii, 12.q.2.7.c.ad 3

14 Non tractat principaliter de singularibus, sed ut sunt in exemplum vitæ, & in commendationem virorum, per quos nobis revelata est, 1.quæst. 1. 2.ad 2

15 Ad ea quæ considerantur de Deo in theologia, utimur effectibus ejus, scilicet naturæ, vel gratiæ loco diffinitionis, quia de Deo non possumus scire quid est, 1.q.1.7.ad 1. & q.2.2.ad 2. & q. 3. princ. & q.12.11.c. ad 3. & 13.ad 1. & q. 13.8.ad 2

16 Finis theologiæ inquantum est practica, est beatitudo

æterna, 1.qu.1.4.c.fin.& 5.c

17 Finis theologiæ ultimus est contemplatio primæ veritatis in patria, 1.qu. 1.4.c.fi. & 5.c

18 Theologia tractat de consideratis in diversis scientiis physicis, 1.q.1.3.ad 2.& 4.c

19 Est dignior cæteris scientiis, 1.q.1.5.o

20 Non accipit aliquid ab aliis scientiis, ut a superioribus, sed utitur eis, ut inferioribus, propter nos, 1. qu. 1.5.ad 2.& 8 c

21 Non probat principia aliarum scientiarum, sed judicat de eis, & reprobat quicquid ejus veritati repugnat, 1.q.1.6.ad 2

22 Non accipit principia sua, nec supponit ea ab aliqua scientia humana, sed accipit ea immediate a Deo, 1.qu.1. 5.ad 2.item 6.ad 1

23 Theologia est de rebus, secundum quod cognoscuntur lumine revelationis divinæ; metaphysica vero, secundum quod cognoscuntur lumine rationis, 1.q.1.1.ad 2

24 Theologia sacra differt secundum genus a theologia naturali, id est a metaphysica, 1.q.1.1.ad 2

25 Theologia est magis divina, & magis sapientia, quam metaphysica, 1.q.1.6.c

26 Theologia viæ, subalternatur theologiæ beatorum, 1.q.1.2.c.ad 1

1 Thomas jubetur tangere Christum, ut sit testis resurrectionis ejus, licet crederet solo aspectu. Magdalena vero prohibetur, quia mulier erat, 3.q.54.4.ad 2.& q.55.6.ad 3

2 Thomas aliud vidit, aliud credidit, 22.qu.1.4.ad 1.& 3.q. 55.5.ad 3

1 Thomas Cantuariensis sustinuit scandalum publicum, ut occurreret majori periculo, scilicet libertatis ecclesiæ: repetiit res ecclesiarum, cum scandalo regis, 22.q.43.8.b

1 Thurificatio non cessavit in novo testamento, quia significat devotionem orationis, non ut figuram, nec ut affectum ejus, sed ut semper habendam, 3. quæst. 83. 5. ad 2

2 Utimur thurificatione, non ex statuto legis veteris, sed ecclesiæ, ad reverentiam eucharistiæ, & ad repræsentationem effectus gratiæ. Ideo primo fit altari, quod significat Christum, secundo omni homini per ordinem, quia gratia derivatur a Christo ad fideles, officio ministrorum, 3.q.83.5.ad 2

1 Thus offerebatur in sacrificiis veteris legis, ad significationem devotionis necessariæ offerentibus, & bonæ famæ, quia pingue & odoriferum est, 12.q.101.3.ad 14

2 Nec ponebatur in sacrificio zelotypiæ, quia non procedebat ex devotione, sed magis ex suspicione, 12.q.102. 3. ad 14

Timiditas est peccatum levius intemperantia, ratione peccantis triplici ratione, & objecti; sive materiæ necessarioris, scilicet quia timidus est minus compos suæ mentis, & peccatum ejus est minus voluntarium dupliciter, scilicet cum principium ejus sit ab exteriori impellente, atque minus circa singularia, & minus de facili potest contra timiditatem remedium adhiberi, 22. q.132.3.o

1 Timor inter cæteros animæ motus, post tristitiam, magis obtinet rationem passionis, & sic est specialis passio, 12.q.41.1.2.o

2 Est tristitia, non quidem essentialiter, sed ratione objecti tristantis, si sit præsens, 12.q.41.2.ad 4

3 Non est virtus theologica, quia non habet Deum pro principali objecto, sicut amor, sed malum, 22.q.19.9.ad 2. & ad 3

4 Timor pertinet ad appetitum sensitivum, 12.q. 41.1.c. & 22.q.71.c

5 Nullo modo est in concupiscibili, sed in irascibili, 12. q.25.2.c.& q.41.2.ad 3.& q. 42. 3.ad 2.& q.43.2.ad 3

6 Vis appetitiva perficitur contra concupiscentiam inordinatam delectabilium dono timoris; ideo timor correspondet temperantiæ, 22. qu. 68.4.c.fin. & ad 1.& ad 4. & 22. q.141.1.ad 3

7 Decertantes non timent propter potentiam decertandi, sed propter defectum ejus, 12. q.43.2.ad 3

8 Decapitandi non timent, quia non habent spem evadendi, quæ requiritur ad timorem, 12.q.42.2.c.fin.& q.43.2. c.ad 2.& 3.q.15.7.c

9 Timor nullo modo est in Deo, quia Deus non habet superiorem, 22.q.19.11.ad 2

10 Habitus & actus doni timoris, & passio ejus fuit in Christo, secundum quod appetitus ejus refugiebat læsionem corporis, non autem incertitudo futuri, nec vitium timiditatis actu, nec habitu, 3. q.7.6.o.& q.15.7.o

11 Timor filialis est in beatis quoad actum reverendi Deum, non autem quoad actum timendi separationem a Deo, nec timor servilis, idest de pœnis, est in eis, 12. q.67.4. ad 2.& 22.q.19.11.o

12 Timor est in damnatis propter successionem pœnarum; non tamen proprie, quia sunt sine spe, 12. quæst. 67. 4. ad 2

13 Objectum timoris est malum futurum, difficile, cui resisti non potest, 12. q.41. 1.o. & 2.4.c.& q.42.3.5.c.& q.43.1. c.& qu.44.2.c.ad 3.item 22.qu. 19.11.c.item q.123.4.c.& q.144. 1.c.& 2.c

14 Timor primo & per se respicit malum, ut proprium objectum; bonum autem ut habet respectum ad malum duplex, scil. privans bonum, vel indictum a bono, 12. qu. 42.1.o.& q.43.1.ad 1

15 Respicit duo, scilicet malum quod refugit, & bonum quod sua virtute potest infligere malum, 12.qu.40. 1.2.c. & qu.43.1.ad 1.& 22. qu.19.1.c. & q.7.6.o

16 Deus timetur non quidem ut malum, sed quia infligit malum pœnæ, 12. q.42.1.c. & 22.q.19.1.o.& 9.ad 2

17 Deus est objectum timoris ratione justitiæ, spei vero ratione misericordiæ, 22. qu. 19.1.ad 2

18 Timor est de malo naturæ, non autem proprie de malo culpæ, nisi ratione exterioris causæ, scilicet seductionis, & hujusmodi, 12.q.42.2.4.o.& 22.q.144.1.c

19 Malum naturæ dupliciter non timetur, scil. quando est multum distans, vel quando est inevitabile, 12.quæst.42.2. o.& 6.ad 2

20 Insolita, & repentina maxime timentur, quia videntur esse majora mala, & minus remediabilia, 12. qu.42.5. o.& q.48.3.ad 3

21 Quæ non habent remedium, quando sunt in præsenti, maxime timentur de futuro, non autem si carent remedio dum sunt futura, 22. q.42.6.o

22 Malum quod timetur, semper est a causa extrinseca, 12.q.42.3.c.ad 2.& 4.c

23 Timor ut est a causa extrinseca, idest ut passio consequens phantasiam mali imminentis, potest timeri, non autem secundum quod subest voluntati, 12.q.42.4.c

24 Oritur ex fuga mali, quæ oritur ex desiderio boni, ideo timor dicitur desiderium, 22. q.41.2.ad 3

25 Per se nascitur ex amore, sed per accidens causat amorem, 12.qu.43.1. ad 1.& 22.qu. 123.4.ad 2.& qu. 125.2.c. & qu. 126.1.c.& q.175.2.ad 3

26 Amor est causa timoris dispositive, & materialiter, sed illativum mali est causa timoris effective, 12.q.43.1.o.& 2. c.& 22.q.19.9 ad 3

27 Defectus est causa timoris dispositive, & materialiter ex parte timentis, sed ex parte ejus qui timetur, virtus & robur est causa per se, per accidens autem defectus, scilicet ignorantia, injustitia, læsio, vel timor læsionis, 12.q.43.2.o

28 Sensus non apprehendit futurum, sed ex apprehensione præsentis animal movetur instinctu naturali ad timendum, vel sperandum futura, 12. qu. 41.1.ad 2

29 Timor consequitur desperationem vincendi, 12.qu. 25.3.c

30 Mites, & astuti occultant iram, & nocent improviso; ideo magis timentur, quam acuti: quia qui habent iram acutam non occultant eam, & ideo nocumenta ab illis illata non ita sunt repentina, quin prævideantur, 12.q.42.5.ad 2

31 Timor causat contractionem caloris, & spiritus ab exterioribus ad interiora; sed propter frigus causatum ex imaginatione, refugiunt a corde, & a superioribus ad inferiora; sed ira facit e converso, propter calorem, & subtilitatem spirituum; ideo timor supra fugam & abominationem addit quandam depressionem animi, propter difficultatem mali: sed ira facit promptos, & audaces ad invadendum, 12.q.25 1.c.& q.44.1.3.o.& q.45.4.ad 1.item ad 3

32 Timor impedit operationem exteriorem ex parte membrorum, propter defectum caloris, sed confert ei ex parte animæ per sollicitudinem, nisi perturbet rationem propter excessum, 12.q.44.4.o

33 Facit tacere, quia contrariatur formationi vocis, 12.q.44.1.ad 2

34 Timor facit pallere, sed verecundia rubere, quia objectum primi opponitur naturæ, & appetitui animali; objectum autem secundi opponitur secundo tantum, 12.q.44.2.ad 3.& 3.q.72.9.c

35 Timor causat sitim, solutionem ventris, emissionem urinæ & seminis, propter contractionem ventris, & testiculorum, 12.q.44.3.ad 1

36 Timor Dei operatur ad vitationem omnis peccati, etiam negligentiæ, 22.qu.54.2.ad 4

37 Timor qui est secundum rationem, excusat totaliter a peccato, non autem timor inordinatus, sed diminuit peccatum, inquantum est involuntarius, 22.q.125.4.o

38 Timor duplex, scilicet naturalis, id est de malo corruptivo, & non naturalis, id est de malo contristativo non repugnante naturæ, 12.qu.41.3.o

39 Species timoris sunt sex, sc. segnities, erubescentia, verecundia, admiratio, stupor, & agonia, 12.q.41.4.o. & 22.q.19.2.ad 1

40 Timor duplex, scilicet filialis, & servilis, 12.q.67.4.ad 2.& 22.q.7.1.c.& q.22.2.o

41 Quadruplex, scilicet humanus vel mundanus, servilis, initialis, & filialis, sive sanctus seu castus, 22.q.19.2.c

42 Timor, & tristitia habent convenientiam in malo; sed differunt, quia primum est de futuro & arduo, secundum autem de præsenti, & absolute, 12.q.42.3.ad 2.& 3.q.15.7.c

43 Timor magis respicit rationem difficilis, quam spes, 12.q.44.2.ad 3

44 Ea quæ augent spem, diminuunt timorem, ut experientia, & omne augens potestatem, 12.q.42.5.ad 1

45 Timor qui est inordinatus motus tantum, idest timiditas, opponitur fortitudini, non autem timor qui est secundum rationem, nec timor inordinatus aliarum rerum, quia includitur in quolibet peccato, 22.q.125.2.o

46 Timor initialis, & filialis differunt secundum status, sicut imperfectum, & perfectum, non autem essentialiter, 22.q.19.8.o

47 Timor mundanus & humanus, pro eodem computantur, quia conveniunt in una ratione avertendi a Deo, 22.q.19.2.ad 5

48 Timor mundanus vel humanus respiciunt pœnam avertentem a Deo, sed timor servilis, & initialis pœnam trahentem ad eum, servilis principaliter, alius secundario, 22.q.19.2.ad 4

49 Timor servilis, & filialis non sunt idem secundum substantiam, sed differunt essentialiter, & specifice, 22.qu.19.2.ad 3.& 5.o

50 Timor filialis non contrariatur virtuti spei, sed sibi mutuo cohærent, & se invicem perficiunt, 22.q.19.9 ad 1

51 Timor servilis ex amore sui causatur, 22.q.19.6.c

52 Manet cum charitate quoad substantiam ejus, non quoad servilitatem, 22.qu.19.6.o.& 8.ad 2.& 10.c

53 Secundum suam substantiam est bonus, sed servilitas ejus est mala, 22.qu.19.4.o.& 7.9.c

54 Timor non est peccatum secundum se, sed ut est inordinatus, & tunc est peccatum mortale, & quandoque veniale, 22.qu.125.3.o.& 4.c. & qu.126.1.o.

55 Timor mundanus semper est malus, quia causatur ab amore semper malo, scilicet ab amore mundano, 22.qu.19.3.o.& 9.c

56 Timor filialis, & castus sunt idem, 22.q.19.2.ad 3

57 Timor filialis habet duos actus, scilicet revereri Deum, & timere separationem ab eo, 22.q.67.4.ad 2

58 Timor filialis augetur auctu charitate; servilis vero diminuitur secundum actum ejus, non autem secundum substantiam, 22.q.19.10.o

59 Filialis, sive castus est primum donum inter septem dona Spiritus sancti, non autem timor mundanus vel humanus, nec servilis, licet sit a Spiritu sancto, 22.q.19.9.o.& 12.ad 1

60 Actus doni timoris in beatis est habere reverentiam ad Deum, 12.q.67.4.ad 2

61 Donum timoris eminentius retrahit a malis, propter reverentiam Dei, quam virtus moralis, 12.q.68.4.ad 3

62 Datur contra superbiam, nec tamen est humilitas, sed est principium ejus, 22.q.69.9.ad 4

63 Correspondet spei, 22.q.17.princ.& q.19.princ.

64 Principaliter correspondet spei, secundario autem temperantiæ, 22.q.141.1.ad 3

1 Regnum faciliter degenerat in tyrannidem, propter magnam potentiam ejus, ex crudelitate & avaritia, nisi regis sit perfecta virtus, 12.qu.105.1.ad 2.

2 Tyranni civitatem desolantes, sacra prædantes, idest magna per vim auferentes, sunt injusti, non autem illiberales, quia illiberalitas est circa mediocres pecunias, 22.q.118.6.ad 4

3 Perturbatio regiminis tyrannici non habet rationem seditionis, nisi sic inordinate fiat, quod majus detrimentum sequatur; sed tyrannus est magis seditiosus, 22.q.42.2.ad 3

4 Non licet occidere, vel invadere tyrannos, nisi per publicam potestatem, licet principatus eorum sit injustus, 22.q.42.2.ad 3

Torneamentum, idest inordinata, & periculosa exercitia, prohibentur privatione sepulturæ ecclesiasticæ, non autem castiludia, 22. quæst. 40.1.ad 4

1 Totum triplex, scilicet quantitativum, rationis vel essentiæ, totum potentiale vel virtutis: secundum l& tertium convenit formis per se; primum vero per accidens tantum, 1.q.76.8.c

2 Totum homogeneum nihil includit, quod non includat quælibet pars ejus, nec differt secundum identitatem earum, & totius, nec per consequens a suis partibus, 1.q.11.2.ad 2

3 Totum substantiale est in qualibet parte totum, sicut tota natura & species aquæ est in qualibet parte aquæ, non autem totum quantitativum; sed pars in parte, sicut locatum in loco, 1.q.8.2.ad 3

4 In substantiis incorporeis non est totaliter per se, nec per accidens, nisi secundum perfectam rationem suæ essentiæ, 1.q.8.2.ad 3.& q. 10.1.ad 3.& 0.76.8.c

5 Virtus totius potentialis est in una parte ejus complete, in aliis autem diminute, 1.q.77.1.ad 1.& 12.q.57.2.ad 2

Tragœdus verus est falsus Hector, secundum Augustinum, 1 q.17.1.ad 1

1 † Multi trahentes unam navim faciunt unam actionem ex parte operati, sed multas ex parte agentium, 1.q.76.2.c

2 Te-

2 Te tua fata trahunt, ut poeta dixit. 1.q.116.2.ad 3

1 Transfiguratio Christi convenienter facta est ostensione gloriæ, non autem mutatione formæ, vel naturæ, 3.qu. 45.1.0

2 Testes eius fuerunt convenientes, scilicet Moyses, Helias, Petrus, Joannes, Jacobus, & Deus pater, 3.q.45.3.4.0

3 Moyses tunc non reassumpsit proprium corpus, sed aliud sicut angeli; Helias autem habuit proprium corpus, & venit illuc de paradiso terrestri, non autem de cœlo empyreo, 3. q.45.3.ad 2

1 Transgressio proprie est agere contra præceptum negativum, & est cominunis omni peccato materialiter; sed formaliter est speciale peccatum dupliciter, scilicet ut dicit contemptum præcepti, & ut differt ab omissione, 22. qu. 79.2.0.& 3.ad 3.& 4.ad 3

2 Transgressio & omissio proprie sunt peccata mortalia, sed large, id est præter præcepta, sunt venialia, 22. q.79.4.ad 3

3 Transgressio simpliciter & absolute gravior est omissione, licet aliquando sit e converso, 22.q.79.4.0

4 Contrariatur actui virtutis, cujus omissio dicit simplicem negationem, 22.qu. 79.4. c.ad 2

Transitus omnis est determinatio ad determinatum, 1. q.46.2.ad 6

Transmutatio organi sensus duplex, scilicet intentionalis seu spiritualis, & naturalis; prima requiritur per se ad actum potentiæ sensitivæ apprehensivæ, secunda vero per accidens, sed requiritur per se ad actum appetitus sensitivi, 22.q.22.2.ad 3.& 3.c

1 Tremor est effectus timoris propter debilitatem virtutis, ex defectu caloris, 12. q. 44.1.ad 2.& 3.c

2 Cor timentibus maxime tremit, & quæ connectuntur pectori, ut vox, labium inferius, mandibula inferior, brachia, manus, quia calor deserit cor, & descendit ad inferiora, vel quia hæc membra sunt mobiliora, sicut & genua, 12.q.44.3.ad 3

1 Tribulantur misericordes quandoque, ad eorum correctionem, vel humiliationem, vel probationem, 22. qu. 108. c. fin.

2 Tribulationes, quibus Deus punit peccatores, sunt meritoriæ, & satisfactoriæ, si patienter acceptentur, non autem aliter, 12.q.8.7.6.c.fin.

3 Nullus est sic crudelis, qui tribulatis & humiliatis noceat, sed parcit, quia canis etiam non mordet hominem jacentem, 12.q.47.4.ad 2

Triduo Christus fuit totus in sepulchro, non autem totum, 3.q.52.3.0

1 Trinitatem non esse in divinis, est impossibile, 1. q. 31.1.0

2 Nomen trinitatis significat unitatem essentiæ in recto, & numerum personarum in obliquo, quoad etymologiam, sed quoad significationem est e converso, 1.q.31.1.ad 1

3 Nomen collectivum significat multitudinem simpliciter, idest diversorum per essentiam, & unitatem minimam, sc. unitatem ordinis, sed trinitas e converso, 1.qu. 31.1.ad 2.& q.39.5.ad 6

4 Per rationem naturalem non potest veniri in cognitionem trinitatis personarum, 1.qu.32.1.0.& qu.33.8.c. & qu. 93.6.ad 4

5 Bonitas Dei per effectus potest intelligi sine trinitate personarum, non autem in visione beata, 12.q.2.8.ad 3

6 Trinitas non est trina, quia essent tres trinitates, 1.q.31. 1.ad 5

7 Trinitas est in unitate, & e converso, idest tres personæ sunt in una essentia, & e converso, 1.q.31.1.ad 4

8 Deus est trinitas contra Porretanos, 1.q.39.6.ad 1

9 Pater non est trinitas, 1. quæst. 3. 1.ad 1. & quæst. 39. 6. ad 1

Triplicitas non convenit Deo, quia non significat absolute numerum sicut Trinitas, sed significat comparationem inæqualitatis. quia est species proportionis inæqualis, 1. qu. 31. 1. ad 3

1 Tristitia est passio animalis, media inter duas passiones irascibilis, quia sequitur timorem, & prior est ira, quam etiam causat, 12. q.25. 1. c. & q.42. 3. ad 1

2 Est dupliciter mala, sc. secundum se, quæ est de malo apparenti, & vero bono; & secundum effectum, scilicet de vero malo, sed immoderata impediens bonam operationem, 22. q.35. 1. c.

3 Species eius secundum applicationem ad extraneum sunt quatuor, scilicet misericordia, invidia, anxietas, vel angustia, & acedia, 12. q. 35. 8. 0. & qu. 41. 4. ad 1.& 22. qu. 35. 4. ad 1

4 Objectum tristitiæ est malum proprium præsens, 22.qu. 35. 8 c. & q. 36. 1. c. ad 1

5 Tristitia est de bono alterius, inquantum est malum sibi quadrupliciter, scil. nocendo, carendo, excedendo, & quia est indignus, 22.q.36. 1. 2. c.

6 Dolor est de repugnante ad naturam corporis apprehensio per tactum, incipiens in læsione corporis, & terminatur in apprehensione; ideo est in sensu subjective, & est passio corporalis; sed tristitia est de repugnante appetitui apprehensio interius, incipiens in apprehensione, & terminatur in affectione, & est in appetitu sensitivo, & est passio animalis, 12. q.42. 3. ad 2.& 3.q.15. 6.c.& q.46. 6. c.

7 Tristitia est subjective in concupiscibili, 12. q.23. 1. c.ad 1. & 2. c.

8 Nulla tristitia secundum Stoicos est utilis ad aliquid; ideo quælibet tristitia secundum eos est vitanda, 3. q.46. 6. ad 2

9 Vera tristitia fuit in Christo, 3. qu. 45. 6. 0. & 7. c. ad 1. & 9. c. & q.46. 6. 0.

10 Tristitia fuit in ratione interiori Christi, non autem in ratione superiori, nisi secundum quod radicatur in essentia animæ, 3. q.46. 8. 0.

11 Omnis defectus corporalis disponit ad tristitiam, 12. q.35. 1. ad 2

12 Ex spe & memoria malorum causatur tristitia, sed non tanta, quanta a sensu præsentium, 12. q.30. 1. ad 3

13 Tristitia inter omnes animæ passiones maxime corpori nocet, 12. q.37.4. 0. & q.41. 1. corp.

14 Impedit omnem operationem, de qua est, sed auget eam operationem cujus est principium, 12. q.37. 2. 3. 0. & q.39. 1. ad 3. & q.59. 3. ad 2

15 Contemplatio veritatis mitigat tristitiam & dolorem etiam in cruciatu ratione delectationis, 12. q.38. 4. 0.

16 Virtus moralis directe mitigat tristitiam interiorem, constituendo medium in ea, non autem dolorem exteriorem, quia non obedit rationi, sed sequitur naturam corporis, sed mitigat indirecte per redundantiam, 3. q.46. 6. ad 2

17 Amici condolentes mitigant tristitiam, quia videntur comportare tristitiæ onus cum illo, & quia in eo se percipit ab eis amari, quod est delectabile; delectatio autem omnis mitigat tristitiam, 12. q. 38. 3. 0.

18 Somnus, balneum, & omnia recreantia mitigant tristitiam, 12. q.38. 5. 0.

19 Omne animal naturaliter fugit tristitiam, 12. q. 34. 6. c.

20 † Passio concupiscibilis importans quietem in malo, sc. tristitiam, media est inter duas passiones irascibilis: sequitur enim timorem. Cum enim occurrit malum quod timebatur, causatur tristitia. Præcedit autem motum iræ. Quia cum ex tristitia præcedente aliquis insurgit in vindictam, hoc pertinet ad motum iræ, 12. q.25. 1. c.

Throni dicuntur propter quatuor convenientias ad sedes materiales, quia elevantur super terram, firmantur, sedentem suscipiunt, & apertæ sunt desuper, 1. q. 108. 5. ad 6

Tur-

Turpe lucrum est species avaritiæ, 22. q.118.8. ad 4

Turpiloquium est filia luxuriæ, quia luxuriosi, quorum est cor turpibus delectationibus plenum, & concupiscentiis, de facili ad turpia verba prorumpunt, 22. quæst. 153. 5. ad 4

1 Turpitudo duplex, scilicet voluntaria, & involuntaria. Prima est vitiosa, non autem ardua, sed secunda est pœnalis & ardua, scil. vituperium, 22. q.144. 2. c.

2 Turpitudo duplex, sc. inhonestatis, & exterioris defectus. Secunda est in humilitate & mendicitate, non autem prima, 22. q.187. 5. ad 4

1 Turtur est melior pullis ejus, in columbis autem est e converso, 12. q.102.3. ad 3

2 Turtur & columba erant sacrificia pauperum in holocaustis propter volatus altitudinem, & in hostiis pro peccato, non autem in pacificis, quia non erant necessitatis, 12.q.102. 3. ad 9. & 3. q. 37. 3. c. ad 4

3 Turtur & columba sunt in copia in Judæa. Et significant conjunctionem duarum naturarum in Christo, castitatem & charitatem, 12. q.102. 3.ad 2. & 3. q.37. 3. ad 4

4 Turtur solivaga significat contemplationem, & secretas orationum lacrymas. Sed columba gregalis vitam activam, & orationes ecclesiæ publicas, 3. q. 37. 3. ad 4

5 Turtur significat prædicationem & confessionem fidei, per suam loquacitatem. Sed columba significat simplicitatem & mansuetudinem, 3. q. 37.3 ad 4

V

1 VAcuum non fuit ante creationem, nec post, quia vacuum non est tantum negatio, sed privatio, idest spatium capax corporis sine corpore. Nec fuit possibile, nisi potentia creantis, 1. qu. 46. 1. ad 4

1 Vagatio mentis in oratione tollit fructum ejus. Et est

peccatum ex opposito tantum, 22. q.83.1.3.& ad 3

2 Et est filia acediæ, 22. qu. 35.4.ad 2.& ad 3

Vapor non ascendit ad cacumina quorundam montium, 1. q.68.2.c. fi.

Varro secundum August. dixit, quod est Deus anima mundi, motu, & ratione mundum gubernans, 1. q.1. c

1 Vas quandoque dicitur instrumentum operandi aliquid, 3. q.62. 3. ad 1

2 Vasa sacra in necessitate ecclesiæ, quoad materiam tantum possunt vendi integra ad usum ecclesiæ. Si autem vendantur ad alium usum, frangantur, præmissa oratione. Non autem vendi possunt ratione consecrationis, ut sc. pro ea aliquid plus exigatur, quia simonia esset, 22. q.100.4.c.ad 2. & ad 3

Ubique esse convenit soli Deo, 1. q. 8. 2. 4. o.& q.16.7.ad 2. & q.52. 2.c.& q.112. 1.c.

Velleitas, quæ secundum quosdam est voluntas incompleta, est de impossibili, quia sc. aliquis vellet illud, si esset possibile. Voluntas autem completa non est nisi de possibili, quod est bonum volenti, 12. q. 13. 5.ad 3. & q.21. 4. c.

Velocior in fine est motus naturalis, & tardior in principio, motus autem violentus e converso, 12. q.34.6.c.ad 2

1 Velum templi duplex, scilicet interius ante sancta sanctorum, & exterius. Secundum scissum est in passione Christi, non autem primum, 12. q.102. 4. ad 4

2 Velum templi habebat quatuor colores, per quos quatuor elementa designabantur, quæ non impediunt a divinis, scil. byssum, per quod designatur terra, quia byssus, idest linum, de terra nascitur; purpuram, per quam significatur aqua: fiebat enim purpureus color ex quibusdam conchis, quæ inveniuntur in mari; hiacintheum, per quem significatur aer, quia habet aereum colorem; & coccum bis tinctum, per quem designatur ignis. Vel per colo-

colores ejus quatuor designantur quatuor virtutes, sc. quia velum erat ornatum bysso, ad designandam carnis puritatem; purpura autem ad figurandum passiones, quas sancti sustinuerunt pro Deo; cocco bis tincto, ad figurandum charitatem geminam, Dei, & proximi; hiacintho autem significabatur cœlestis meditatio, 12.q.102.4.ad 4. & ad 8

Venatio, aucupium, & piscatio sunt a natura; ideo sunt secundum se licita, 1.q.96.1.c.& 22. q.64.1. o.

1 Venalium rerum pretium consideratur secundum usum hominis, non autem secundum gradum naturæ rerum, 22. q. 77.2.ad 3

2 In illis est peccatum, quæ bis venduntur. Quod patet in iis, quorum usus non est aliud a re ipsa, in quibus rebus, qui rem vendit, vel mutuat, cum in hujusmodi transeat dominium ad accipientem, vel rem bis vendit, & est in venditionibus ad credentiam, dum plus pro dilatione volunt accipere, vel vendit quod non est. Et utrumque est usurarium, & peccatum, 22. qu.78. 1. o.

3 In domo autem sunt duo, sc. substantia, & usus. Sed aliud est habere domum, & aliud uti domo. Unde separatim possum usum vendere sine domus venditione, & ita in omnibus aliis hujusmodi. Unde si aliqua sunt, quæ consistant in ipso usu tantum, & usus eorum est distractio, non potest fieri id quod de domo, 22. q.78.1.o.

4 Denariis vero utimur distrahendo, & frumento consumendo, & ideo si usum vendis, bis vendis, 22. q.78. 1. o.

5 Vendere ad terminum secundum justi pretii quantitatem, non est usura. Si autem cæteris paribus, fiat ultra justi pretii quantitatem propter temporis expectationem, est peccatum usuræ, 22. q.78. 1.o. & 2. ad 7

6 Vendens scienter rem, quæ deficit in specie substantiæ, quantitate, vel qualitate, peccat. Non autem vendens ignoranter. Sed cum sciverit, tenetur recompensare, 22. qu.77. 2. o.

7 Vendere carius quam emit est licitum, meliorando rem, vel si mutetur pretium ratione loci vel temporis, vel propter periculum transferendi, vel faciendi fieri, 22. q.77.4.ad 5

8 Illa superabundantia, quæ ex justa permutatione seu venditione accidit, non habet vitium inæquitatis. Alias non fuisset venditio, vel permutatio justa, 22. q.77. 4. ad 1

9 Vendere rem plus notabiliter, quam valeat simpliciter sibi, vel ipsi vendenti, non licet, quamvis lex humana permittat citra dimidium, 22. qu. 77. 1. o.

10 Vendens non tenetur dicere publice vitium rei, nec in particulari, nisi propter damnum, vel periculum, 22. q. 77. 3. o.

11 Venditor non tenetur dicere ementibus abundantiam venalium futuram per adventum aliorum mercatorum, nec minuere pretium, 22. qu.77. 4. ad 3

12 Mensuras venalium oportet esse diversas in diversis locis, & eas institui publica auctoritate, vel consuetudine, 22. q.77. 2. ad 2

Venter adulteræ potantis aquam zelotypiæ, semper intumescebat, 12. q.103.2. ad 3

1 Venus agit ex insidiis, & furatur intellectum multum sapientis, 22. q.55. 8. ad 1

2 Venus dicitur ab Aristotele dolosa, & corrigia ejus varia, secundum quandam similitudinem, inquantum scilicet hominem subito surripit, sicut & in dolis agitur, non tamen per astutias, sed magis per violentiam concupiscentiæ, & delectationis, Ibid.

Verberare hominem nulli licet, nisi habenti potestatem supra eum, ut pater supra filium, & dominus supra servum. 22. qu. 65. 2. o. & quæst. 72. 2. ad 2

Verbositas, curiositas, importunitas, inquietudo, & instabi-